Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Commentaria in universam artis logicam - Cod. Ettenheim-Münster 277

[S.l.], [17. Jahrh.]

Dvbivm primvm

urn:nbn:de:bsz:31-129937

Visual Library

Ad 2. Rx nego mi. ad pb. Responsum est sup. d. ans. In 1a operatione mentis non potest esse error falsitatis concedo ans. iste non proprius est 2a operationis non potest esse error apprehensionis ita ut unum apprehendat pro alio nego ans.

Arg. 2o. In hoc Tract. agitur de Univocis aequocis et denominativis sed aequocatio tantum in vocibus reperitur non in rebus non n. dicimus res quae est canis est aequoca sed haec vox canis aequoca est. Rx 1. nego solis vocibus competere aequocationem sequitur illa non in rebus reperitur ut infra videbimus et licet concederetur aequocationem tantum esse in vocibus, non exinde sequeretur materiam principalem h. Tractatus esse voces quia non propter voces est instituta ista disputatio sed propter res quae ordinate et incomplexe in fundamentis ponuntur et consequenter prout vocibus incomplexis significantur et quia a fundamentis removenda sunt aequoca hinc est quod de aequocis hoc loco tractetur.

QUAESTIO 1a

De Arte praedicamentis Artis

DUBIUM PRIMUM

An Artes recte definierit Aequoca Univoca et Denominativa.

Definitio Aequivocorum ab Arte haec est. Aequoca dicuntur quaeri solum nomen est commune secundum nomen v. ratio substantiae diversa ut homo verus et homo pictus hoc n. solum nomen est commune secundum nomen v. ratio substantiae diversa.

Explicatur definitio aequoca in primis diverso respectu et nomen et res significant, dicitur n. nomen vel terminus aliquis aequocus quia significat plura secundum diversas rationes ut iste terminus canis significat canem caelestem Marinum &c. Ipsae v. res dicuntur aequoca non quia significant plura sed quia significantur unico vocabulo secundum diversas rationes ut sydus illud caeleste, piscis et animal latrabile aequoca dicuntur. hinc est ut nomen ista quae plura ut plura significant vocentur aequoca aequocatio

res ipsa quae talibus nominibus significantur aequivoca aequivocata et quia Aristoteles intendit
hic res ipsas adunare prout stant sub conceptibus incomplexis cum simplicitate
ideo a rebus ipsis hic incepit et definivit aequivoca aequivocata non aequivoca
aequivocantia vel terminos aequivocos, de his non egimus nos in summulis et id
colligi potest ex verbis definitionis tradita et ideo non non in singulari dixit
aequivocum dicitur sed aequivoca dicuntur ea quae una res aequivocationis capax non est
sine altera oportet non adminus duas res significari uno nomine ut aequivocatio
esse possit, significant enim dixit Aristoteles aequivoca dicuntur et non dixit
aequivoca sed quia rebus non convenit aequivocari ut sunt in rerum natura sed ut
sunt in vocibus, aequivocari non praesupponit vocari quod rebus ex vocibus convenit
Per hoc Ploeon non intelligitur illud nomen de quo actum est in summulis prout
distinguitur contra verbum et participium quia non in verbis et participiis reperitur
aequivocatio sed sumitur pro voce significativa ad placitum quae dicitur nomen ipsi non
tamen mentis, hoc solum non excludit omnia alia definita a nomine quia aequivoca
possunt habere aliquid commune praeter nomen dummodo tamen non habeant aliquid commune secundum
illud nomen quod importatur vel ut ait Caret. dummodo rationem nominis
communem non habeant quod significant. Ly Ratio non sumitur hic pro definitione alias res
generalissimae non possunt esse aequivocae eo quod careant definitione stricte sumpta
sed sumitur pro conceptu ultimo significato per nomen quod conceptus in rebus habentibus
definitionem est ipsa definitio, in non habentibus nil aliud est ipsum id quod significatur per nomen
Ly substantia non sumitur hic pro Ente quod existit per se et prout distinguitur contra
Accidens sed sumitur pro ipsa quidditate cum contra rei ita quod idem sit
ratio substantiae ac ratio quidditatis, Ly secundum nomen referitur ad rationem substantiae
quia non de quocumque ratione substantiae aequivocorum est sermo sed de illa quae in eis significatur
per illud nomen commune in quo aequivocantur.

Ly diversa n̄ sgāt absolute diversitatem simpliciter sed diversitatem sdm
qd totalem vel partialem ita ut sensus sit, æquoca sunt q̄ hnt rationem plane
diversam vel aliq mō diversam et sic m̄ intelligendum hic definiri æq
uoca à Consilio et n̄ pure æquoca q̄ dici solent æquoca à casu ut
Gallus respu hōis galli et respu galli gallinacij sed æquoca in cōe.
Put comprehendunt analoga et sic pure æquocis convenit hrē rationem
penitus diversam. Analogis v. diversam aliq mō. Quæ explicatio
pt colligi ex ipso Arte q posuit exemplum n̄ in pure æquocis sed potius
in Analogis seu æquocis à Consilio qa hō pictus et hō verus æqtem saltem
videntur hrē rationem eorum quoquo m̄ dici posit hic hm̄ definiri pure
æquoca, Analogorum v. definitionem qa mediant inter æquoca et Univoca colli
gendam ē ex definitione extremorum In q̄ Artes poterit excusari n̄ ponens
ex ipsis definitionem analogorum.
Est igr sensus dictæ definitionis æquoca æquocata dr̄ illa entia q̄ sgāt quidem
uno nōe sed sdm illud unum nōem n̄ hnt unum conceptum sed diversos
vel simpliciter vel sdm qd sdm diversum modum explicandi.
Definitio Univocorum ē. Univoca dr̄ q̄rum nōem cōe ē et sdm nōem
rāo substrāe eadem. Ut animal homo atq Bos, cōe n. nōe utraq animalia
nuncupantur et ē substrāe rāo eadem put ~~[illegible]~~ tali nōe sgāt sicqs
n. assignet rationem qd utrumq sit q̄ animal ē et q̄tus hoc nōe sgāt
eandem assignavit rationem ut hō in quantum animal ē Vivens sensibile
Bos in quantum animal ē Vivens sensibile hæc Artes. Tota definitio
intelligenda et explicanda ē sicut præcedens excepta ultima particula
et hic m̄ ē sermo de Univocis Univocatis idcōm dr̄ in plurali Univoca.
Ly eadem dicit identitatem simpliciter ita qd rāo Univocatorum q̄ attendunt
penes illud nōem in q̄ identificantur sit totaliter eadem et nil plus aut
minus, mutuat unum aut reliquum in rāo illius nōis et quando dr̄

quod ratio substantiae importata per nomen debeat esse eadem in univocatis
non est sensus quod illa ratio debeat esse de quidditate sive essentia univocatorum
alias tamen dicerentur univoca essentialia quod verum non videtur cum dentur
in multa accidentia quae univoce praedicantur de suis inferioribus ut album
respectu Petri et Pauli univocum est et tamen ratio substantiae per hoc album significata
non est de essentia Petri et Pauli cum sit accidens et praedicabilis quod ut
dictum est essentiae plane extrinsecum est sed intelligitur illa particula hoc
modo quod scilicet illa ratio univocatorum debeat esse eadem totaliter, hoc est quod identi
fiet totaliter cum suis univocatis sive essentialiter sive accidentaliter
ut si quaeratur quid est homo in quantum significatur per hoc nomen animal Respondeo quod sit
vivens sensibile et rursum si quaeratur quid est homo in quantum animal Respondeo idem
ubi semper eadem ratio explicatur ut patet. Sic enim si quaeratur quid sit Petrus in
quantum significatur per hoc nomen albus Respondeo quod sit ens habens colorem disgre
gativum visus et iterum si quaeratur quid sit Paulus in quantum albus Respondeo
quod sit ens habens colorem &c. ubi semper eadem ratio secundum nomen importatur
licet non sit de essentia Petri et Pauli.
Definitio Denominativorum haec est. Denominativa dicuntur quaecumque ab aliquo
solo differentia casu secundum nomen habent appellationem ut a Grammatica Gram
maticus a Fortitudine Fortis.
Et hic definitio ultima dicitur est. In denominatione 3 esse scilicet formam denominantem rem denominatam et
ipsum denominativum, Forma a qua res denominatur v.g. albedo a qua res dicitur alba
et fortitudo a qua homo dicitur fortis &c. Res denominata est substantia quod ab
illa forma tale dicitur ut homo lignum lapis &c. Denominativum est ipsum
met ens nomine concreto significatum ut album et hoc denominativum duobus
modis potest sumi. 1° pro denominativo denominato 4. pro ipsa re significata
nomine concreto ut album. 2° potest sumi pro denominativo denominante
scilicet pro hac voce album sicut in sup. de aequivocis et univocis diximus

Et itaq denominativa medium quod inter univoca et aequivoca. Univoca
totam ~~rationem~~ nomen totamq rationem eorum. Aequivoca habent quidem idem nomen
rationem v. oro diversam. Denominativa v. non habent prorsus idem nomen et
eandem rationem sicut univoca, idem nec habent nomen prorsus idem, rationem
v. diversam ut aequivoca sed tantum nomen quo ratione partim eum formam con
veniunt partim ab ea discrepant ut videre est in albedine et albo.
Tres conditiones petuntur ad denominativa 1a est quod habeant
appellationem sed nomen ab aliis 2a est quod differant casu ab illo
a quo desumunt appellationem. 3a quod solo casu differant.
1a conditio nihil est aliud quam quod denominativum debeat derivari ab aliqua
forma denominante. 2a conditio quod denominativum debeat differre
a nomine formae denominantis casu in fine vocis ut albedo et album
Forma n. denominans desinit in do, denominativum in um ut patet apostolus
Idem sapientia et sapiens forma desinit in ia denominativum
in ens. 3a est quod denominativum tantum debeat differre casu a
forma denominante et non significatione si n. significatione differret iam plus
quam casu differret quare album et albedo idem significant centraliter
quod si dicas denominativa alio modo significant quam forma denominantis
ut album tenet significat albedinem, tamen alio modo illam importat quam
albedo quia album importat albedinem ut ~~[illegible]~~ adiacentem, albedo
eandem importat ut ipsi a [illegible] a [illegible] ut [illegible] ex [illegible]
quod denominativa non solo casu differunt sed in modo significandi.
Resp. Verum est denominativa habere aliam modum significandi quam denomi
nantia. Ex hoc tamen non inferitur denominativa non solo casu differre
a denominantibus quia per hoc solo casu differentia non excludit di
versus modus significandi ille n. diversus modus [illegible] sequitur dictam casuum
est illi inseparabiliter annexus sed tamen excludit diversa significatio
ita ut importet alia forma sui centra et hoc denominativis repugnat
non v. diversus modus significandi imo denominativa nostro dicit formam denominantem

alio modo sperare quia dicunt casu à denominante quod dicitur [illegible] affert diversum sperandi modum ut dictum est.

~~Tertio~~
Ad 2 praeterea pro ulteriori notitia horum. Sed potest alii denominatum derivari ab alio forma 1o. secundum rem tantum et non secundum vocem vel nomen ut Strictosus à Vertulo. Idem non secundum rem sperant non tantum secundum vocem 2o. derivantur quidam à forma tantum secundum vocem et non rem ut officiosus ab officio, In quibus quidem vocabuli initium est idem res vero separata longe diversa. 3o. denique derivantur quidam et secundum vocem et secundum rem ut Grammaticus à Gramm. Fortis à Fortitudine et haec denominatione sunt nostra propria talia et hic sunt definita priora vero duo optime nostra à ratione denominationis hic à caret excludunt.

Ex His Inferunt Nomen denominativum esse terminum concretum significans habentem formam et formam habitam pro modum formae hoc est pro modum adiacentis. His definitionibus explicatis sit

Ctio 1a. Definitio Univ. Aequ. et denom. ab Arte tradita bona est. Probatur 1o. Haecta physica ea sit definientis. Probatur 2o. Ex dictis in Explicatione earum definitionum et ex legibus in bona definitione, habet non ista definitio sua gratia et suas dicitur gratia.

Ctio 2a. Definita in his definitionibus sunt 2ae. Intentiones in Concreto pro substrato habentes res et voces.

Probatur Ctio Istae definitiones sunt formaliter logicales quia formaliter definita earum erunt 2ae intentiones in concreto autem patet. Probatur 2o. Quia omnes definitiones spectantes ad aliquam scientiam debent dari formaliter secundum rationem formalem talis scientiae sed istae definitiones spectant formaliter ad logicam quia dabuntur secundum rationem formalem logicae quae nihil est aliud quam 2a intentio in concreto ad definiendum accommodata.

Sed quaeris quae sit ista 2. Intentionis. Rx 2a Intentio quae explicatur
per descriptionem aequivocorum consistit in hoc quod plures res respiciant idem
nomen seu eandem vocem significativam quibus tamen stant sub illa voce, habent
rationes omnino diversas.
2a Int. Univocorum consistit in hoc quod plura respiciant idem nomen
et sub eodem nomine eandem non habeant rationem quae respectus est quod rationes
Denominativorum v. 2a Intentio nihil aliud dicit quam respectum quandam
rationis quae alii respiciunt formam a qua derivantur eidemque significant diversa
tamen modo vel dicto casu. Itaque ea quae in his descriptionibus definiuntur non sunt
unde res neque unde voces sed res cum vocibus quibus significant his 2 dis
intentionibus.
Arg. 1. 3a descriptionem Aequivocorum. Aequivoca habent idem nomen et eandem
rationem ergo aequivoca sunt univoca. Consequentia patet. Probatur antecedens in quibus habent idem nomen
deinde ratio aequivoci est communis omnibus aequivocis ergo aequivoca habent non eandem rationem
Rx dicitur antecedens pro 2a parte aequivoca habent eandem rationem materialiter sumpta negatur
antecedens, formaliter concedo antecedens. Est dicere ipsae res quae sunt aequivocae non habent aliquam
rationem communem et sic materialiter sumuntur aequivoca. Formaliter tamen prout significant
huic 2ae Intentioni aequivocationis habent aliquam rationem sibi eandem et communem
nec est absurdum unam et eandem rem secundum diversam rationem esse aequivocam
et univocam.
Arg. 2o Natura generica est univoca respectu suorum inferiorum sed illa non est eadem
in suis inferioribus ergo univoca non erunt illa quae habent eandem naturam. Probatur minor.
Eadem natura non potest contrarie contraria sed inferiora generis sunt contraria ergo
genus non potest idem esse in suis inferioribus. Rx concedo maiorem et negando minorem.
Ad probationem Rx ex dictis supra quomodo idem genus potest contraria continere
per modum coniunctionis non a. metaphysicis.

Arg. 3. Studiosus est denominativum et tamen non habet aliquid a quo derivetur ergo
dicta illa denominativorum erit mala. Probatur minor neque enim per se habet stu-
dium nec virtutem a qua sumat appellationem ergo nihil habet a quo deri-
vetur. Respondeo hoc nomen studiosus stricte non est denominativum sed tamen
est denominativum secundum rem ut ex dictis patet. Unde tamen non mirum
quod nihil habeat a quo in rigore denominativum suum deducat rationem.

DUBIUM SECUNDUM.

Quid sint Analoga et quod eorum species.

Quia superius in explicatione definitionis aequivocorum aliquid tamen Analogorum facta
est mentio et eorum cognitio ad plura logicalia intelligenda necessaria est
ideo aliquid hic de eis breviter dicemus, quod ut intelligi queant statim quid
sint et deinde quotuplicia sint declarabimus.
Definiuntur ergo Analoga in communi hoc modo. Analoga sunt quorum nomen est commune
Ratio vero significata per nomen primum est eadem primum diversa ut v. g. Pes montis
et pes scamni dicuntur Analoga quia in primis habent nomen commune. Deinde ratio per
nomen significata primum est diversa quia diversam naturam habet pes montis ab ea
quam habet pes scamni. Et primum tamen est eadem quia sicut se habet pes montis
ad montem sustentando et fulciendo eius granitem ita se habet pes scamni
sustentando eius pondus et granitem. Praedicta definitio intelligenda est
de ipsis rebus non de vocibus cum tribus analogis. Sicut supra dictum est
in definitione aequivocorum in qua non definiebantur aequivocantia sed aequivocata ita
tamen hic non definiuntur analoga analogantia sed analoga analogata et dicuntur
in plurali analoga quia ad hoc ut analogia aliquid constituatur necessario petuntur
plura. Caeterae partes definitionis explicandae sunt iuxta dicta in definitione
aequivocorum et univocorum. Ultimae partes distinguunt analoga ab aequivocis
et univocis et illa in medio eorum constituunt. Ex hoc enim quod analoga
habeant primum rationem eandem dicuntur a parte aequivocis ut dictum est.